



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacramentum Ordinis

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1694

Caput XI. De irregularitate, quæ oritur ex delicto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42240

alienam, luctuosum proximi
 supplicium, oculorum suorum
 facere oblectamentum; sicuti
 non exiguam præfert animi
 levitatem, si Clerici minorum
 jocularum aut histrionum
 spectaculis vacent. Unde in
 Conc. Lateran. sub Innoc. III.
 cap. 16. præcipitur illis, ne hu-
 jusmodi ludicris ac omnino
 vanis spectaculis animum ocu-
 losque intendant. Hæc tamen
 prohibitio in hisce partibus
 non videtur esse omnino re-
 cepta.

Neque va-
 care mino-
 rum aut
 histrionum
 spectaculis.

CAPVT XI.

*De irregularitate, quæ oritur
 ex delicto.*

HActenus dictum est de ir-
 regularitate orta ex de-
 fectu, modò agemus de eadem
 orta ex delicto. Numerantur
 autem ab AA. decem delicta
 irregularitatem inducentia.
 Primum est homicidium aut
 mutilatio facta auctoritate
 privata cum peccato mortali
 inju-

Assignan-
 tur delicta
 irregulari-
 tatem in-
 ducentia.

injustitiæ: aut ad injustam occisionem vel mutilationem cooperatio, sive id factum sit consilio, jussione, auxilio, alióve simili modo. Quod si ab occisione aut mutilatione qualitercunque privatâ auctoritate facta absit malitia peccati mortalis, non inducit irregularitatem. Dian. P. 4. tr. 2. ref. 10 Val. Tan. Kôn. &c. quia nullus reperitur textus, qui asserat irregularitatem induci per homicidium, vel mutilationem privatam, nisi interveniat noxa lethalis contra justitiam. Excipe incisionem vel adustionem à Clerico in sacris factam, de qua paulò post. De mutilante seipsum jam supra dictum est. Alterum est, susceptio Ordinis sacri eo tempore, quo quis ligatus est censura v. g. excommunicationis, suspensionis, &c. ex cap. *Cum illorum*, de sententia excommunic. in 6. Dixi Ordinis sacri, quia de Minoribus nulla lex statuta est, etiamsi quis in illis solem-
niter

niter ministrasset. Nam hac ætate obeunt munia Minoritarum, etiam non habentes primam Tonsuram. V. Bon, *Disp.* 7. q. 3. p. 4. Et qui cum aliis non improbabiliter censet, suscipientem Ordinem sacrum in censura solum esse suspensum ab usu Ordinis suscepti, partim quia in cit. cap. *Cum illorum*, verba potius inuunt suspensionem, quàm irregularitatē, partim quia jura solum loquuntur de excommunicato ob percussionem Clerici, non de suspenso, aut interdicto, odiosa autem non sunt extendenda. Præterquam quod susceptio Ordinis non sit exercitium Ordinis, sed ministerium potius passivum, quàm activum ut rectè notat Dian. *Part. 5. Tr. 1. Res. 27.* Tertium susceptio Ordinis sacri ab Episcopo excommunicato, suspensso, hæretico, &c. aut non habente jurisdictionem, vel à proprio in aliena Dicecesi, absque licentia Episcopi illius loci,

ci,

ci. Quia tales ordinationes dicuntur irritæ id est nullæ, non quidem quoad substantiam seu quoad valorem; ut supra notatum est, sed quoad exercitium & usum. Cum enim jam d. c. t. Episcopi non habeant usum Ordinis, etiam non permittuntur illum dare alteri; adeoq; ab illis ordinandi non quidem directè, at tamen indirectè impediuntur à susceptione Ordinum. V. Fill. *Tract. 7. de Cens. c. 16* Ubi probabiliter asserit, tales non irregulares, sed solum suspensos esse. Quartum suscepcio duorum Ordinum sacrorum uno die ex cap. 2. & 3. *De eo, qui Ordinem furtivè suscepit.* Bon. l. c. Quintum suscepcio Ordinis per saltum, quamvis communior sit sententia ita suscipientem solū esse suspensum; nisi ministret in Ordine per saltum suscepto. Bon. *Ibid.* quia tamen sic promotus non solum prohibetur ab exercitio Ordinis per saltum suscepti,
Verum

verum etiam nequit Ordinem
 prætermiffum fufcipere, nec
 ad Ordinem fuperiorem afcē-
 dere, videtur fimul incurrere
 partialē irregularitatem, qua-
 lem & illi incurrunt, qui reci-
 piunt majores Ordines extra
 ftatuta tempora, vel ante legi-
 timam ætatem, vel abfque li-
 teris dimifforialibus, prout
 colligitur ex Extravag. Sixti V.
 incip. *Sanctam & falutare* & c.
 per quam non folum privan-
 tur ufu Ordinum fufcepto-
 rum, fed etiam repelluntur
 ab aliis fufcipiendis. Nam irre-
 gularitas impedit fufceptionē
 Ordinum; fufpenfio verò pro-
 hibet exercitium eorum. Ea-
 demque eft ratio de eo, qui
 furtivè, id eft, nefeiente Epi-
 fcopo, nec approbante aut ex-
 aminante, Ordines fufcipit, &
 quidem eum, qui furtivè fu-
 fcipit Diaconatum, fieri irre-
 gularē constat ex cap. *Veniens, de*
eo, qui furtivè, & c. de fufceptio-
ne aliorum Ordinum idem
fentiūt Suar. Fill. & alii comm.
 perfuafi

persuasi hanc semper fuisse & esse mentem Ecclesie. V. Fill. *Tract* 20. de *Cens.* c. 7. ubi citat c. 1. & ult. De eo, qui furtive, & Gloss. ibid. quia tamen in citato capite *Veniens*, sola fit mentio Diaconatus & non aliorum Ordinum, censet Bon. de *Cens.* disp. 7. q. 3. p. 4. Incurri irregularitatem per furtivam susceptionem Diaconatus, non verò aliorum Ordinum, sed per eam incurri solum suspensionem. Nam quæ odiosa sunt facile extendi non debent. Sextum violatio censuræ Ecclesiasticæ per actum Ordinis, cuius usus per censuram impediatur, solemniter exercitum. Septimum usus Ordinis sacri solemniter, quo quis non est initiatus. Octavum receptio vel etiam collatio iterata Baptismi scienter facta. Rebaptizans tamen unà cum illo, qui ita baptizanti ministrat, solum incurrit irregularitatem partialem: Quia si Clericus sit, tantum prohibetur ad Ordinem altior

altior

altiolem ascendere. V. c. 2. de
 Apostatis. Bon. *disp.* 7. q. 3. p. 3.
 Laym. &c. Nonum, susceptio
 Baptismi ab homine hæretico,
 in cap. *Ventum est*, 1. q. 1. Ve-
 rum quia hæc irregularitas
 statuta est in odium Hæresis,
 & voluntariæ susceptionis Ba-
 ptismi ab hæretico, idcirco
 eam solum incurrunt adulti
 scienter ab hæretico bapti-
 zati. Fill. Tr. 20. de Cens. c. 6.
Decimum. Admissio crimi-
 nis enormis & depositione di-
 gni, quod vel juris vel facti
 annexam habet infamiam, ut
 Hæresis, Apostasia à fide, fa-
 vor aut defensio hæretico vel
 apostatæ præstita &c. Item
 Apostasia post factam profes-
 sionem in Religione. Bon.
Disp. 7. q. 3. p. 7. *juxta cap. Hi
 qui, dist. 50.*

CAPVT XII.

*De requisitis, ut irregularitas
 ex delicto incurratur.*

Circa hæc delicta irregula-
 ritatem inducentia ob-
 F servan-
 In dubio
 comissi de-
 liciti non in-